



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1787

VD18 90119649

§. 27. Bartholomæi Ruspuli Cardinalis decessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](#)

trum subscriptionibus, doctissima ad Le- Sæc. XVIII.
 ctorem prætatione, notisque succinctis A.C. 1741.
 quidem, sed eruditissimis locupletavit:
 hanc in rem scribit doctissimus Præful
 Marius Guarnaccius in vit. Pontif. &
 Card. tom. II. p. 684. *ipse eximii hujus
 laboris Author latet, quia ipse (Lanefri-
 dinus) ut in more habuit, suum nomen re-
 ticuit, ipse tamen author fuit, uti & ego
 harum rerum scriptor, testimonium perhi-
 beo ex indubia instructus scientia, & Te-
 stis de visu (contubernialis enim eram cum
 eo, & ex munificentia Ducis Magni E-
 truriae in eodem Palatio Medicæo mora-
 bamur.)*

§. XXVII.

Bartholomæi Ruspuli Cardinalis de- cessus.

Ejusdem Mensis die vigesima prima
 eandem æternitatis viam ingressus
 est Bartholomæus Ruspulus ex præcla-
 rissima Romanorum familia die vigesi-
 ma quinta Augusti anno evoluti sæ-
 culi nonagesimo septimo natus. Pater
 ejus erat Franciscus Maria Princeps
 Cervetri, Mater vero Maria Isabella
 Cæsia Ducis de Aquasparta Filia, le-
 tissima sane Matrona. Horum cura
 puer Nobilis prima Religionis pietatis-
 que ac literarum fundamenta posuit in

Ff 5

pa

Sæc. XVIII. paterna domo. Inde Senas ad Cole-
A.C. 1741. gium Nobilium Ptolomæorum dedi-
ctus, gravioribus vacabat disciplinis,
quibus rite imbutus, ac Melitensem
Equitum Ordini adlectus Romam re-
diit, ubi vigesimo secundo ætatis anni
a Clemente XI. inter Curiæ Romanae
Præsules ac Protonotarios cooptati ma-
ruit. Mortuo eodem Papa a Cardina-
lium Senatu Gubernator concla-
lectus, monetas sua effigie ac insigni-
ornatas cudi fecit. Admirabantur
nes splendidam ejus liberalitatem; si-
dem atque integritatem, qua duran-
bus hisce comitiis amplissimum
minus obibat: unde ab Innocente
XIII., cui affinitate propinquus era-
statim a supplicibus libellis renuntiatus
toto Pontificatus tempore maximus
hunc Magistratum laudabilissime
succedente demum Benedicto XIII.
quem pariter affinitate attigit, a lec-
tis Congregationis de propaganda
esse jussus est, nec tamen a mphio
honores ac dignitates, imo nequitas
vacantem Pontificiæ Domus Præfete-
ram, minus vero Purpuram obtinere
terat, eo quod Cardinalem Cofciam
Pontificis animo plene dominabat,
amplis muneribus demereri rediisse
tantopere enim Bartholomæus a feli-
da hac officiorum nundinatione abho-

ruit, ut etiam proprium suum Paren-
tem, qui de Filii sui fortuna male pro-
vidus præfato Cosciæ ingentem pecu-
niarum vim obtulerat, severitate reli-
giose Principe digna reprehenderet,
quinimo ne vel levissimæ suspicioni de
simonia in ejusmodi promotione ullus
unquam esse posset locus, abdicato etiam
Secretarii munere Roma omnino exces-
fit, nec eo amplius rediisset, nisi illum
Benedictus XIII. paucis ante obitum
suum diebus revocasset, eique perbe-
nigne excepto declarasset, se non mo-
dico dolore affici, quod tanti Viri me-
rita digno præmio compensare hucus-
que neglexisset. Id tamen abunde sup-
plevit Clemens XII. ejusdem Successor,
a quo Ruspulus Purpura donatus, ac
pluribus Patrum Cætibus aggregatus,
pariter ditissimum in Urbe Prioratum
Hierosolymitanæ Equitum militiæ obti-
nuit. Plurium quoque SS. Ordinum,
aliorumque in Urbe locorum piorum
Protector electus est. Interfuit etiam
solemni quatuor Sanctorum Apotheosi,
ubi Rem Divinam consueta pompa per-
egit, pingue vero honorarium conferri
solitum mox in pauperes munifica ma-
nu distribuit. Insuper sacris comitiis
adstitit pro electione Benedicti XIV.
paulopost tamen pectoris hydrope obru-
tus, ad perficienda negotia minus
prom-

Sæc. XVIII.
A. C. 1741.

Sæc. XVIII. promptus videbatur, sensimque morto
A. C. 1741 animi officia prægravata, postquam
 cum illo diu, varioque successu colla-
 etatus fuerat, tandem succubuit, die
 vigesima prima Maji in oppido Vianell
 Familiæ suæ Feudo mortuus. Corpus
 ejus, uti testamenti tabulis caverat,
 humatum est in Ecclesia FF. Caponi-
 norum. Vixit annos quadraginta tres.
 Menses octo cum viginti sex diebus.

§. XXVIII.

Laurentii Altieri Cardinalis extra-

Tertius ex Purpuratis hoc anno deu-
 tis erat Laurentius de Altieriis so-
 mæ die nona Junii anno post Christum
 natum millesimo sexcentesimo septe-
 gesimo primo genitus. Patrem habu-
 Casparem Palutium Albertonum a Cle-
 mente X. in propriam Familiam adop-
 tatum, Matrem vero Lauram Cathar-
 nam Altieriam Ejusdem Pontificis Ne-
 ptem. Ab his Ordini Ecclesiastico de-
 stinatus, huic dignitati, necnon avita
 generis sui nobilitati parem natus et
 educationem, præcipue cura Pro-Patria
 sui Cardinalis Palutii cognomento Al-
 tierii, qui impuberem adhuc plenus
 Ecclesiasticis beneficiis augeri procur-
 bat, nec inutili conatu; quippe apud
 Alexandrum VIII. affinem suum tantum

pro-